distrieu qui uulneris et solus est medicus. Omnes amatores tui obliti sunt tui · uel sacerdo
tes uel principes · aut certe angelorum praesidia quibus priusquam offende
res dominum uallabaris · te non quaerent · facientes contra apostolum qui credere
bat credentes · et ne ea quae erant credentium · plaga enim inimici percussi te ·
castigatione crudeli · Alter amicus percutit · Alter pater · Alter hostis ·
Ille caedit ut corrigat · Iste percutit ut occidat ; Unde et propheta lacrima
biliter dicit · Domine ne in furore tuo arguas me · neque in ira tua corripias
me ; hoc autem factum est · quia propter multitudinem iniquitatis tuae ·
dura facta sunt peccata tua ; Quodque sequitur quid clamas super contritio
ne tua · Insanabilis est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuae ;
In septuaginta non habetur uidelicet · quia secundo dicitur · propter
multitudinem iniquitatis tuae et dura peccata tua ; Et qui scribebant
a principio additum putauerunt · et est sensus · ut inimici te plaga
percuterem · et caederem castigatione crudeli · fecit multitudo ini
quitatis tuae et dura peccata tua · quae sanari non poterant nisi morda
cissimo · quo putridas carnes et insanabiles ense amputarem · et tamen
propter multitudinem iniquitatis tuae et dura peccata tua feci
hoc tibi · non mea uoluntate · sed medicinae ratione cogente ;
Propterea omnes qui comederunt te deuorabuntur · et uniuersi hostes
tui in captiuitatem ducentur ; et qui te uastant · uastabuntur · cunc
CXXII. tosque praedatores tuos dabo in praedam · obducam enim cicatricem tibi
et a uulneribus tuis sanabo te dicit dominus · quia electam siue dispersam uo
cauerunt te Sion · haec est quae non habebat requirentem · Et sub
Zorobabel haec facta cognoscimus · quando Assyrios hoc est Niniuen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0304